



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus I. Prooemialis De Principiis communibus Doctrinae Moralis,
Conscientia, Actu Humano, Et Peccato In Genere

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Sectio VI. De Regulis Actuum humanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59488](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59488)

miu datur à Deo, nisi ratione alicujus bonitatis :
 ergo &c. Similiter à ratione alienum videtur tan-
 tandem pœnæ demereri in fora Dei illum, qui so-
 lum efficaciter proposuit actum malum, homici-
 dium adulterium, furtum, ac illum, qui tale cri-
 men actu perpetravit : & quòd huic, etiam per se,
 & secluso damno proximi, vel scandalo, in confes-
 sione non sit injungenda major pœnitentia, quàm
 illi: credo etiam adversarios majorem imponere
 pœnam ob mollitiem, fornicationem, ebrieta-
 tem &c. consummatam, quàm solùm efficaciter
 propositam, & impeditam. Patres in contrarium
 allati solùm loquuntur de merito & peccato, proce-
 mio, & pœna absolutè sumptis, non autem com-
 parativè quoad quantitatem : ut sensus sit, homi-
 nem solo actu interno efficaci, cum non potest
 exire in actum externum, nihilominus mereri
 præmium ac pœnam æternam, ac si opere com-
 plessset, non autem dicunt, quòd tantundem præ-
 mii, vel pœnæ mereatur. Quâ ratione etiam expli-
 cari debet illd Jacobi 2. *Quicumque totam legem
 implevit, offendat autem in uno, factus est omnium
 reus.* Intellige nim. quoad substantiam reatûs, &
 pœnæ; sine dubio non quoad quantitatem.

SECTIO VI.

De Regulis actuum humanorum.

Regula actionum humanarum: id nimirum,
 quo certificamur de rectitudine, vel obliqui-
 tate, seu de ipsa bonitate, vel malitia actionis hu-
 manæ, alia dicitur intrinseca, quæ scilicet repe-
 ritur

ritur in ipso operante, & est ipsius dictamen
rationis seu conscientiae, iam late explicata,
per totum: alia dicitur extrinseca, quae
est in ipso operante formaliter, sed cum extrinseca
& objective dirigit ad operandum, & sunt
leges divinae ac humanae, ac tandem generaliter
ultimata est ipsa voluntas divina. De his
generatim aliqua per quatuor subsecutiones ad
necessaria, atque utilia explicanda sunt.

SUBSECTIO I.

*Quinam Actus humani cadant sub lege
praecepto humano.*

SUMMARIUM.

35. *Humanam legem, vel praeceptum per se directe prohiberi potest omnis, & solus actus humanus externus*
36. *Bonus, vel malus moraliter, si non ex se, & ex opere*
saltem ex fine praecepti, ut pote
37. *Necessarius, vel ut plurimum valde utilis ad bonum*
commune, vel observantiam status cuiuslibet
communitatis.

ASSERTIO VI.

Lex vel praeceptum humano per se directe prohiberi potest omnis & solus actus humanus externus bonus, vel malus moraliter, si non ex se, & ex opere saltem ex fine praecepti, ut pote, vel ut plurimum valde utilis ad bonum commune, vel observantiam status cuiuslibet communitatis, vel subditio-
Communis doctrina in materia de legibus.

§. I.

- 35 **O**mnis & solus actus humanus externus bonus, vel malus moraliter, si non ex se, & ex opere saltem ex fine praecepti, ut pote, vel ut plurimum valde utilis ad bonum commune, vel observantiam status cuiuslibet communitatis, vel subditio-
nimirum supposito voluntario ac libero, & sufficienti & requisito ad actum humanum, actus